

Gtis. Sæ. nomine ad Te ut scriberem,
 Mütschelini præsentis de te narratio
 lucem mihi prætulit, quid abs te spe
 non irrita peti posset. Sunt illi, quem
 dixi Baroni, filii duo, Joannes Ri-
 chardus & Georgius Henricus, ille
 16. iste 15. annorū, florida uterq; ado-
 lescentia, luxuriantibus incremen-
 tis, indole generosa, ingenio miti &
 tractabili, moribus incorruptis, ut
 qui domi, in conspectu parentum
 prudentissimorum, & in præsentibus
 fortunæ sævientis insultibus,
 pietatem unicè colentium, educan-
 tur. Magistrum habent virum seda-
 tum, tuarum artium cultorem & se-
 ctatorem non infelicem, qui dudum
 in Comitatu Tschernemlii Baro-
 nis Galliam vidit. Hos pater, profe-
 ctus ipsorum cupidissimus, diutius e-
 quidem quam ipse vellet, spe tamen
 eluctandi prius ex infortunio jam
 trien-

trien-